

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulæ Caesareæ potissimum instructa, & aliunde aucta, quæ a prima ætate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicæ Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicæ Gentis Principes, Lineæ Hispano-Austriacæ, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

Tab.
XLV.

tum est coronatum, & positum inter epocham cusi huius nummi 1638. *Ib. p. 118. n. 13. a.*

LXV.

PHILIPP. *us* IIII. R. *ex H. ispania.* Effigies Regis, capite radiato, dextrorsum collocato.

IN. HOC. SIGNO. VINCES. Crux vulgaris inter flammulas collocata. Recurrit hoc lemma, quod hic supra, & in nummis CAROLI V. non semel vidimus. *Ib. p. 116. n. 9. a.*

LXVI.

PHILIPPVS. IIII. DEI. GRA. *tia* REX. 1648. Protome Regis aureo vellere conspicua, capite radiato, ad lævam respiciente. In area siglæ DCN & stella observantur.

In averfa, cui deest perigraphæ, scutum coronatum insignia Regis refert. *Ib. p. 124. n. 20. ar.*

LXVII.

PHILIPPVS. IIII. REX. Caput Regis nudum ad pectus, cum lorica. Notæ in margine adpositæ pretium nummi indicant.

In averfa scutum *Hispanicum* cum reliqua tituli parte: HISPANI. & VTR. *iusque* SICILI. &. *Ib. n. 21. ar.*

LXVIII.

PHILIPP. *us* IIII. D. *ei* G. *ratia* REX. 1647. Protome Regis armata, capite radiato, ad lævam converso. In area hinc inde siglæ GCNE.

TOM. II. P. I.

Averfa cum num. LXII. con-
venit. *Ib. p. 122. n. 19. ar.*

PHILIP-
PUS IV.
HISPAN.
REX.

LXIX.

PHILIP *pus* IIII. REX. Protome Regis fere ut num. præcedenti. Pone siglæ MGC.

Averfa præcedenti respondet, omiffis flammis, addita tamen æra Christi 1621.

Nummus hic, uti & mox subsequens secundum æram, quam præferunt, prioribus anteponi debuerant; sed quia huius generis nummi nihil singulare continent, nolimus ab ordine, quem eis VERGARA statuit, recedere. *Ib. p. 112. n. 2. ar.*

LXX.

PHILIPP. *us* IIII. D. *ei* G. *ratia* 1622. Caput Regis radiatum, ad lævam conversum.

In averfa nomen Regis denuo repetitur: PHILIPP. *us* IIII. D. *ei* G. *ratia* REX. Cornu abundantia.

Monendus hic est Lector: nos ordinem in recensendis hifce nummis eum servasse, quem tabulæ editionis, quam VERGARA Romæ anno MDCCXV. in forma quadruplicata curavit, præferunt: in citandis contra nummis, editionem ibidem anno sequenti procuratam, secutos fuisse. *Ib. p. 114. n. 6. ar.*

NUMMI

AD

HISTORIAM
PHILIPPI IV. FACI-
ENTES.

LXXI.

HEN. *ricus* DE LORENA. DVX. REIP. *ublica* NEAP. *olitana*. Parma coronata, in qua inscriptum:

Ff

sena-

PHILIP-
PUS IV.
HISPAN
REX. *senatus P. opulus Que Neapoli-
tanus.*

In averfa Sanctus IANUARIUS, magnus ille Neapolitanorum Patronus, ad medium corpus, adverfa fronte, in nubibus, habitu Episcopali indutus, apparens: dextra, velut benedictis, e-
lata, sinistra pedum pastorale tenet. Additur perigraphe: *s. ancti I. anuari* REGE. ET. PROT. ege NOS. 1648.

Hunc nummum, ut item tres sequentes huius tabulae, percutiendos curavit HENRICUS DUX GUISIUS, Roma advocatus a seditiosis Neapolitanis, qui eum ARIELLO, vulgo MASIANELLO, sublato, caput & *Ducem Reipublicae suae*, ut in nummo loquuntur, habere volebant: quam dignitatem GUISIUS haud invitus accepit. *Ib. p. 120. n. 14. a.*

LXXII.

HENRICUS DE LORENA DVX. REI. publica N. eapolitana. Scutum corona Francica tectum, cum inscriptione: *senatus P. opulus Que Neapolitanus.*

PAX ET VBERTAS. 1648. Ramus olivæ & tres spicæ in decussim positæ, ac funiculo ligatæ. Ille *pacis*, hæc *abundantiae* sunt symbola.

Mustela, quæ inferius cernitur, quid sibi velit, aliis diiudicandum relinquitur. Superior sigla G A C visuntur. *Ib. p. 121. n. 15. a.*

LXXIII.

Adverfa priori respondet. In averfa canistrum frugibus

plenum cum perigraphe: HINC LIBERTAS 1648. *Ib. n. 16. a.*

Tab.
XLV.

LXXIV.

Hæc quoque adverfa nil differt a duabus præcedentibus.

In postica uva cernitur cum lemmate: LETIFICAT 1648. In area a dextris sigla C A, a sinistris coronæ species. *Ib. n. 17. a.*

LXXV.

Adverfa pars VENEREM exhibet sub myrti umbra sedentem. In eius gremio iacet ADONIS, eximia forma celebris, cuius amore, ut Mythologi docent, VENUS capta fuit. Pro pedibus eius iacent arcus & pharetra, tanquam hominis venationi dediti. In ambitu legitur perigraphe: PERDITE A VENERE ADAMATVR ADONIS.

Postica hanc inscriptionem complectitur:

IVSSV

PHILIPPI. IV. HISP. *anie* REGIS

NEAPOLITANVS. PRO REX

COMES. DE. GASTRIGLIO

ALFONSVM. DE. PORTA

PRÆFECTVM. MILITIE. OB

GALLOS. CÆSOS. ET. PVLLOS

AD. FLVIVM. SCAFATVM.

VICTORIA. INSIGNEM

AVREO. TORQVE

EXORNAVIT

M D C L V

Hæc inscriptio sufficit ad declarandum totius numismatis argumentum. ADONIS *Italiae*, ut puto, emblema est, cui Galli toties, quamvis incassum, imminebant. Aut certe per ADONIDEM DUX GUISIUS: per VENEREM

Tab. XLV.

NEREM Regina, Franciæ ANNA MARIA MAURITIA intelligenda venit; utpote cuius ille opera non solum e captivitate Hispanica anno 1652. liberatus fuit: sed & classe & milite Gallico instructus, regnum Neapolitanum anno 1654., denuo quamvis frustra tentavit (a).

a

Inprimis anno 1654. Dux GUISIUS denuo classem, septem hominum millia, magnumque armorum apparatus pro feditio-

nis civibus apportantem, ad o- PHILIP-
ram regni Neapolitani mariti- PUS IV.
mam appellebat; sperans se ar- HISPAN.
cem quandam maritimam oc- REX.
cupare posse. Hinc vero ad
Scafatum pulsus a Proregis co-
piis, cæsis fuorum millibus,
multis captis, regnum Neapo-
litanum reliquit, Galliamque
repetiit (b). *M. Imp. ar. pond.*
semunc. & 2. drach. Item ib.
in ar.

b

PHILIPPI IV. PROLES.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS

IOANNIS AB AUSTRIA,

ET

MARIÆ THERESIÆ.

Tab. XLV.

IOANNES ab *Austria* PHILIPPI IV. Regis Hispaniæ filius (76-78.), eidem anno 1629. die VII. Aprilis ex MARIA CALDERONIA natus, atque anno ætatis XIII. quo simul ad dignitatem Prioris (76.) ordinis MELITENSIS evectus, natalibus a patre restitutus fuit. Princeps cum esset præclaræ indolis, atque omnis generis, tum præcipue etiam bellicis artibus instructissimus, postquam Regnum Neapolitanum, obsequium detrectans, feliciter pacasset: Belgio a patre cum amplissima potestate præfectus (77.) rem contra Gallos optime gerens, eosdem anno 1656 magna strage affectos, ab obsidione *Valencennarum* pepulit (78.).

Verum inde avocatus, contra Lusitanos ducens, fortunam haud quaquam obsequentem habuit: ac denique a CAROLO II. fratre ad gubernaculum reipublicæ admotus, Monarchiam Hispanicam ad finem usque vitæ, qui ei anno 1677. XVII. Septembris obtigit, suo potissimum arbitrio administravit. KHEVENHÜLLER *cit. Anonymi la vita di Dom. GIOVANNI d' Austria.*

Tab. XLVI.

MARIA THERESIA PHILIPPO IV. anno 1638. XX. Sept. ex ISABELLA *Francica*, prima coniuge, nata, LUDOVICO XIV. Francorum Regi ex pactis pacis *Pyrenææ* anno 1660. die IX. Iunii in matrimonium tradita (79-87.), indeque *Lutetias Parisiorum* magnificentissima pompa ingressa est (88-90.).

TOM. II. P. I.

Ff 2

Quam-

(a) Vid. Bayle, Dictionaire critique voc. GUISE, in not. E. p. 662. *Theat. Europ.* T. VII. p. 601.

(b) Ex VERGARA, *Monete di Napoli* p. 125. ed. in fol.

PHILIP-
PI IV.
PROLES. Quamvis autem provide ab Hispanis prospectum fuerit, ut tam Rex quam Regina omni, quod iis in Monarchiam Hispanicam competere posset, iuri, solemniter renuntiarent: id tamen haud obfuit, ut ne Galli post mortem PHILIPPI IV. ex titulo *iuris devolutionis Brabantini*, provincias Belgii invaderent. Quare & ipsa per occasionem Comitatus Burgundiae, a Rege anno 1668. subacti, in nummo quodam apparet (92.): quemadmodum & ob pacem *Neomagensem*, in partem gaudii vocata fuit (93.).

Obiit die xxx. Iulii anno 1683. (95.), femina cum ceteris virtutibus, tum *pietatis ac pudicitiae* laude (94.) multo praestantissima.

Hæc IOANNEM ab *Austria* ordine præcedere debuerat; sed quia residuum prioris tabulae spatium huius, non autem illius, nummos commode capiebat; visum est MARIE THERESIAE propriam atque integram tabulam consecrare.

IOANNES AB AUSTRIA.

LXXVI.

Tab.
XLV.

IOANNES AVSTRIACVS. PHILIPPI IIII. REG. IS FIL. IUS ÆT. ATIS XXX. Protome IOANNIS armata, crucem ordinis S. IOANNIS supra pectus gerentis, dextrorsum conversa.

In averfa figura muliebris stollata & palliata, cum corona in capite, adverfa fronte, iunctisque manibus, solis radiis circumdata stans, draconem pedibus calcat. Desuper nomen Dei IEHOVA, litteris Hebraicis, expressum, & radiis pariter circumfusum. Additur perigrapha: ADMIRARI. VLTRA. NIHIL.

Feminam hanc, quam IOANNES describit *Apocal.* XII. pro symbolo habemus Immaculatae Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIE, cuius tutelæ nimirum ordo S. IOANNIS, cuius Princeps noster *Prioris* titulo præfuit, se tradidit. *V. L. T.* II. p. 398.

LXXVII.

IOANNES AVSTRIACVS. PHI-

lippi IV. REG. IS HISP. ANIARUM FIL. IUS BELG. II GVBERNATOR. Effigies Principis ut num. præcedenti.

In averfa scutum apparet, corona tectum, insignia *Hispanica* referens, positum super cruce *Equitum S. IOANNIS*, cuius ordinis noster, ut diximus, Prior erat.

Belgii *Gubernatoris* titulum IOANNES anno 1656. assumpsit, ac die II. Maii *Bruxellas* solemniter intravit, qua occasione nummus percussus videtur. *lb.* p. 401.

LXXVIII.

IOANNES AVSTRIACVS. PHILIPPI IV. HISP. ANIARUM R. EGIS F. Ilius BEL. GII G. UBERNATOR. Effigies IOANNIS præcedenti respondens.

MIRACVLOSO FESTO. ADOREA. Exprimit chronogramma annum 1656.

Sacra arca, quæ continet tres hostias, *Bruxellis* servatas. Inferius nomen artificis A. WALTERLOOS F. ECIT, ponitur.

Gallos,

Quarvis autem provide ab Hispanis prospectum fuerit, ut
 tunc Rex quam Regis omni, quod in Monarchiam Hispani-
 cam competere possit, ius, toleranter annucentur: id tamen
 hand colue, ut ne Galli post mortem Philippi IV. ex
 tunc non debeatiam & debeatiam, provincias Belgii invaderent
 Quis & ipse per occasionem Comitatus Brabantie, a Rege
 anno 1688. subacti, in nomen deditur apud (92): quoniam
 admodum & ob pacem Westphaliam, in partem quodam vocat
 ion (93).

Obiit die xxx. Julii anno 1683. (97). tunc cum certis
 virtutibus, tum pueris ac pueris hanc (94) multo presertim
 Hic Joannem ab Alaba ordine precedere debuerit: sed
 que reliqua prioris tabule spatium hinc, non autem illius,
 nuncius commode caperet: vitium est MARIE TERESIE pro-
 prium adque inquam tabulam collectum.

PHILIP
 IV.
 REGIS

IOANNES AB AUSTRIA

LXXVI

Philippi IV. Regis Hispaniarum
 filius, obiit die xxviii. Julii
 1683. in aetate annorum
 47. In aetate hanc apud
 coronam lectum, insignis
 auctoritatis, politia super cruce
 Episcopatus Joannis, cuius ordi-
 nis noster, ut diximus, Prior
 erat.

Belgiu. Gubernans titulum
 Joannis anno 1686. assumptum
 ac die 11. Maii Bruxellis
 interierit, cuius occasio
 nuncius petullus videtur. 401.

IOAN. AB AUSTRIACAE PHIL.
 PHILIPPI IIII. REGIS HISPAN. ET
 ANNE XXX. PRINCIPIS JOANNIS
 ANNE, CRUCEM ORDINIS S. JO-
 ANNIS SUPER PECTUS GERENS,
 DEXTERAM CONVERTIT.

In aetate hanc multo hinc fo-
 ras & passus, cum corona in
 capite, adverte fronte, iuncte
 que manus, solis tunc circum-
 data flans, dextram pedibus
 calcet. Dextera portat DEX-
 TERAM, hinc dextera. 401.

PHILIP
 IIII.

LXXVII

IOANNES AUSTRIACAE PHIL.
 PHILIPPI IV. HISPANICAE REGIS
 FILIUS, obiit die xii. Julii
 1683. in aetate annorum
 47. In aetate hanc apud
 coronam lectum, insignis
 auctoritatis, politia super cruce
 Episcopatus Joannis, cuius ordi-
 nis noster, ut diximus, Prior
 erat.

Belgiu. Gubernans titulum
 Joannis anno 1686. assumptum
 ac die 11. Maii Bruxellis
 interierit, cuius occasio
 nuncius petullus videtur. 401.

IOAN. AB AUSTRIACAE PHIL.
 PHILIPPI IIII. REGIS HISPAN. ET
 ANNE XXX. PRINCIPIS JOANNIS
 ANNE, CRUCEM ORDINIS S. JO-
 ANNIS SUPER PECTUS GERENS,
 DEXTERAM CONVERTIT.

In aetate hanc multo hinc fo-
 ras & passus, cum corona in
 capite, adverte fronte, iuncte
 que manus, solis tunc circum-
 data flans, dextram pedibus
 calcet. Dextera portat DEX-
 TERAM, hinc dextera. 401.

LXXVIII

IOANNES AUSTRIACAE PHIL.

Gallos